Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35083
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar



et
140

enim quod movetur super terram:
duo et duo ingressa sunt ad noe
in arcam masculus et femina sicut
praeceperat deus noe. Cum autem
Anno sexcentesimo vite noe men
sis secundi septimo decimo die mensis
rupti sunt omnes fontes abyssi
magne: et cataractae celi aperte sunt
et factus est pluvius super terram. Fac
tumque est diluvium. xl. diebus et xl. noc
tibus. In articulo diei illius ingressus
est noe. sem. cham. et japheth. filii eius
uxor eius et uxores filiorum eius
cum eis in arcam. ipsi et omne animal
secundum genus suum. universaque pe
cora in genere suo. cunctumque
volatile et omne quod movetur super
terram secundum genus suum. Universe
que aves omnesque volucres ingresse
sunt ad noe in arcam binae binae
ex omni carne in qua erat spiritus vite.
et quae ingressa sunt masculus et
femina ex omni carne introierunt
sicut praeceperat ei deus. Et inclusit
eum dominus deforis. Factumque est di
luvium. xl. diebus super terram.
et multiplicatae sunt aquae. et lev
averunt arcam in sublime a terra.
vehementer enim inundaverunt
aquae super terram. et ferebatur arca super aquas.
aquae praevaluerunt super terram.
operuntque sunt omnes montes excelsi
sub universo celo. quindecim cu
bitis altior fuit aquis super omnes
montes quos operuerat. Consumptus
que est omnis caro quae movetur
super terram. volucrum. pecorum.
animantium. bestiarum. omnium quoque
reptilium quae reptant super terram.
Universi homines et cuncta in quibus

spiraculum vitae est in terra mortua
sunt. Et deleverunt omnem substan
tiam quae erat super terram ab ho
mine usque ad pecus: tam reptile
quam volucres celi et deleta sunt
de terra. Remansit autem solus noe.
et qui cum eo erant in arca. Obti
nueruntque aquae terras centum
quinquaginta diebus. Salto.
Recordatus est autem dominus noe
cunctorumque animantium
et omnium iumentorum quae cum eo
erant in arca: et adduxit spiritum super
terram. et imminutae sunt aquae. et clau
si sunt fontes abyssi. et cataractae ce
li: et prohibitae sunt pluviae de celo.
Reversaque sunt aquae de terra. eun
tes et redeuntes coeperunt minui post
centum quinquaginta dies: requie
vitque arca mense septimo. vicesi
ma septima die mensis super mon
tes Ararat. Igitur aquae i
bant et decrescebant usque ad decimum
mensem. Decimo enim primo die
mensis apparuerunt cacumina
montium. Cumque transissent. xl.
dies. aperiens noe fenestram arcae
quam fecerat dimisit corvum. Qui
egrediebatur et non revertebatur:
donec siccarentur aquae super terram.
Emisit quoque columbam post eum:
ut videret si iam cessassent aquae
super faciem terrae. Quae cum no
invenisset ubi requiesceret pes eius
revertens est ad eum in arcam. Aquae
enim erant super universam terram.
Extendit que manum et apprehensam
intulit in arcam. Expectans ad
huc alios septem dies: rursusque
dimisit columbam ex arca. At
illa venit ad eum ad vesperam.

151